



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

91. An sit laudabilis talis consuetudo, ut Episcopus consecret simul in Missa cum Episcopo illam celebrante? Idem est de Sacerdotibus in prima Missa concelebrantibus. Et notatur, quod hic casus olim ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

stanti absolvant cum Episcopo, curando tamen cum illo aboluere, eaque ratione celat illud inconveniens consecrandi Calicis ab eo, qui panem non consecravit. Item celat illud quod species vini sumuntur ab eo, qui non consecravit illas. Item quod aliquando Episcopus non consecret Calicem, nam qui non consecravit panem non consecratur Calicem, & species vini semper sumuntur a solo Episcopo, & hic semper, & in omni euentu consecrat iuxta dicta. Tamen celat inconveniens dicendi verba supra materiam consecratam, quia non dicuntur a Sacerdotibus illis cum absoluta intentione, sed sub conditionibus praedictis.

2. Sed aduersus superioris dicta opponuntur duo inconvenientia, primum est, quod etiam admissa tota doctrina praedicta, adhuc fieri potest, vt quis vtramque speciem consecraverit, quia simul cum Episcopo vtramque formam verborum absolvitur, & tamen non perficiat sacrificium, quia non sumit, & participat de speciebus a se consecratis, nisi tantum de vna panis. Ad hoc inconveniens Cardinalium Lugo de Sacram. Euchar. diff. 11. scilicet 8. num. 173. respondet non obstat. Verum quia Cowisch. in 2. quest. 7. art. 1. dub. s. num. 95. & alii assertunt esse iuris diuini, Dicastillus n. 245. responderet esse quidem iuris diuini praeceptum, sed pro praecipuo celebrante, non pro omnibus in nostro calo; (hunc in illo Cardinalium cum Pontifice consecrantium) solum Episcopum esse praecipuum celebrantem illum iam diximus sumere vtramque speciem. Quod autem Christus solum praecipuo celebranti id mandauerit, ex ipso vnu Ecclesiae iam dicto colligimus.

3. Secundo non obstat supradictis aliud inconveniens, nam posita nostra sententia, sequeretur, quod aliquando quis consecravit panem, & non consecratur Calicem, quia fieri potest, vt verba consecrationis panis simul cum Episcopo absolvatur, atque adeo consecrare panem, postea vero non simul absolvatur consecrationis verba pro Calice, atque adeo Calicem non consecratur, quod videtur inconveniens, consecrare scilicet, solum vnam partem, & non aliam, cum sit de iure diuino vtramque consecrare, & non vnam sine alia, vt dicimus in eodem tractatu sequente dubit illam 12. Et confirmari potest contra nos ad hominem: quia ideo diximus eum qui non absolvit simul cum Episcopo consecrationem panis, non debere habere intentionem consecrandi Calicem, non consecratur Calicem non consecrato a se pane, ergo viceversa erit inconveniens consecrare panem, & non consecrare postea Calicem, cui periculum se exponit.

4. Sed ad hoc inconveniens docte, vt semper sollicitus responder Dicastillus num. 237. Sicut proximo inconvenienti non respondebamus, scilicet, praecipuum diuinum vtramque consecrandi, sicut & vtramque sumundi, non esse pro omnibus, sed pro praecipuo celebrante, idque colligi ex vnu ipso Ecclesiæ, quia cum exponat illos Neomystas ei periculo non consecrandi vtramque, sed alterutram, videtur ipsa Ecclesia dispensare cum eis, vt si quantum moraliter possint, procurent simul cum Episcopo finiti consecrationem, sit satis, vt non peccent, etiam si alioquin sit periculum non consecrandi vtramque speciem. Quod doctrina si admittatur, satis probabiliter emittitur inconveniens. Supponit autem hac doctrina, quod præceptum consecrandi vtramque speciem pro aliis, propter praecipuum celebrantem sit a sola Ecclesia, ita quando recepta sententia Theologorum docet iure diuino esse obligacionem, vtramque speciem consecrandi, id intelligendum sit de solo praecipuo Celebrante, quod sane difficile potest efficaciter impugnari, maximè cum hic casus sit rarissimus, &

in illo etiam debitum est aliquis, qui vtramque consecret, atque adeo nunquam fiat sacrificium, Quia vtramque species, saltem ab uno principali consecratur, atque id est, quod videtur Christus præcipue intendisse. Postemus vterius respondere, est diuersam rationem de consecratione Calicis supposita non consecratione panis, & de consecratione panis cum periculo non consecrandi Calicem, & hanc consecrationem pro eo casu licere, non illam. Nam qui consecraret Calicem, postquam non affectus fuit consecratione panis, quia re ipsa non simul cum Episcopo absolvit formam consecrationis panis, certò, & infallibiliter sine intentione consecrandi panem consecratur, & intendit consecrare Calicem, cum iam panis ab alio, & non a se supponatur consecratus; qui vero consecratur panem simul cum Episcopo, illum consecratur cum intentione, & spe consecrandi Calicem, licet per accidens, & prius intentionem non succedit. Et haec omnia docet Dicastillus ubi supra, cui addit Ochagaua de Sacra. tract. 3. de ministrar. Euchar. quest. 3. num. 7.

5. Vnde non grauabor hic apponere verba Patris Sup. hoc in Amici de Sacram. diff. 24. scilicet 8. num. 214. vbi sic ait. [Dices de Iure diuino esse, vt qui consecratur, simul sumat quæ consecratur; ergo si omnes concelebrantes vtramque speciem consecrarent omnes debent vtramque speciem sumere, neque in hoc dispensare potest Ecclesia.

6. Respondetur: multos negare hoc esse de iure diuino, quod inter alios sentire videtur Suarez diff. 75. de Sacrificio. scilicet 5. ad finem; proinde potuit iuxta hanc sententiam ab Ecclesia dispensari. Secundo, esto sit de iure diuino, potuit tamen illud per iuris interpretationem ab Ecclesia declarari, in hoc casu ad factum Christi representandum non obligare; vii per eandem iuris interpretationem in Parasceue declarat ad mortem Christi representandum; ea die Sacerdotem non obligari ad consecrandam materiam, quam offerit, & consumit, sed posse etiam ab alio consecratam, offerre & consumere.

R E S O L . X C I .

An sit laudabilis talis consuetudo, vt Episcopus consecret simul in Missa cum Episcopo?

Idem est de Sacerdotibus in prima Missa concelebrantibus.

Et notatur, quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice, quo solemniter celebrante, Presbyteri Card. olim concelebrabant; & idem sernabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem diuinam solemniter facienti assistebant, sed neuter casus est in usu. Ex p. 12. tr. 1. Refol. 91.

§. I. **E**t negatiuè videtur respondentum, quia non defunt Catholici Theologi, qui loquentes secundum in de Sacerdotibus concelebrantibus cum Episcopo in tom. 3. tr. 1. prima Missa damnari hanc consuetudinem: sic Durandus in 4. distinc. 33. quest. 1. Palatius quest. 4. subsecutus Gabriel loc. 6. in Canon. Missa, Sotus eadem distinc. art. 3. fundamentum est, quia huiusmodi confuetudo multis periculis est exposita; nempe, vt Episcopus qui est principalis minister, vel nil efficiat, si a celebrantibus Sacerdotibus præueniatur, vel ut isti otiosè verba consecrationis proferant, si Episcopus prius consecratur, vel ut ab aliquo, ex his dicantur verba supra materiam iam consecratam, cum humano modo impossibile sit, omnes Sacerdotes in valde numerosa ordinatione, in eodem prorsus instanti physico, absoluere prolationem verborum.

Tom. IV.

Kk 2

2. Sed

2. Sed proflus contra Durandum firmandum est hunc ritum, & morem, honestum, & licitum esse, cum receptus sit, & vigeat in tota Ecclesia tum Graeca tum Latina, & in Pontificali Romano præcipiatum ita fieri, & propere noui Sacerdotes in sacro illo, in quo sacerdotalem Ordinem sufficiunt, cum ad verba consecrationis acceditur, ex ipius Pontificalis præcepto moueantur, ut eiusmodi verba pronuncient cum intentione consecrandi. Nec enim tunc, vel cogitari potest, Ecclesiam totam in re tam graui errare, nec in Pontificali Romano aliquid iniungi, quod vel divina legi, vel recta rationi contrarium sit: Vnde infero, legem illam libri Pontificalis pro tota Ecclesia, non fuisse adhuc latam tempore Durandi, ratioque est in promptu, quia qualibet feret Dicccelis sicut suo Missali, & Breviario, sic suo Pontificali, & Rituale vtebatur. Et hac omnia docet Bernal. de Sacram.

disp. 45. sect. 1. § 4. num. 20. & Amicus vbi infra, n. 196. apud quem extat etiam opinio de authoritate Romani Pontificalis.

3. Vnde Lessius in 3. part. quæst. 82. num. 4. sic ait: [Notandum est, confutacionem illam, qua noui Sacerdotes consecrant in Ordinatione, non esse universalis Ecclesiae, vnde Durandus distinct. 13. quæst. 3. audet eam improbat, dicitque esse abrogandam. Verum quia etiam in Ecclesia Romana, & plerisque aliis seruatur, non est priuatoeum Episcoporum auctoritate facile abroganda, nam in vestuto Pontificali Romano, ut iſſert Caietanus de recente ordinatis, dicitur: dicant omnia quæ sunt in Missali, sicut si celebrarent.] Ita Lessius, cui addit Prepositum in 3. part. quæst. 82. num. 5. & Marchinum de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 8. cap. 10. num. 5. Meretur in 3. part. quæst. 82. art. 2. cum aliis. Dicendum est igitur rationabilem esse huiusmodi consuetudinem; multa suadent: Primò, quia credibile est, eam Apostolos à Christo didicisse, & de eius mandato ad nos peruenisse, maximè cum non modò in Ecclesia Romana, sed etiam in Graeca seruerit, quomodo ergo audent praesallagati Theologi, tam Vniuersalem Ecclesiae ritum toto Orbe terrarum diffusum, à tot Pontificibus per tot secula approbatum, damnare: Secundò quia Sacerdotes cum Episcopo Sacrum faciunt, in signum protestatis acceptæ. Quare sicut Apostoli Christo cœnanti concelebrantur, ita noui Sacerdotes Episcopo celebranti concelebrant, ut inquit S. Thom. 3. part. quæst. 82. art. 2. in corp.

4. Nata hic obiter: quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice, quo solemniter celebrante, Presbyteri Cardinales olim concelebrabant, & idem titulus seruabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem diuinam solemnitatem facienti assistebant, ut tradit Innocentius lib. 4. de mysteriis Miss. cap. 25. sed neuter casus est vsu, ut notat Suarez de Sacramentis, disp. 7. sect. 3. initio & proprie finem, & Marchinus vbi suprà, num. 1. Ad argumenta vero superius adduceta, refpondat Amicus in Cursu Theologiae, tom. 7. disputatione 2.4. sect. 7. num. 211.

Sup. hoc in
§. 1. not. præ-
teritæ, cur-
sim ad lin. 7.
& vers. Et in
Ecclesia.

RESOL. XCII.

Ponuntur duo casus circa Sacerdotes concelebrantes cum Episcopo, qui possunt applicari pro Episcopis consecratis, qui postea simul consecrantur, (prost. supra explicatum est,) cum Episcopo Missam concelebrante. Primus, si Episcopus celebrans Missam illam quatenus satisfactoriam offerat pro anima Petri, alias vero concelebrans pro anima Pauli, & alius pro anima Antonij, &c. cuinam harum trium animalium re ipsa proderit?

Secundus, an concelebrantes cum Episcopo integrum

fructum illius Sacrificij ex opere operato referant? Ex p. 12. tr. 1. Res. 92.

§. 1. Primus casus proponit Bernal. de Sacramentis, Sept. 1. [Offerat Episcopus Missam illam, quatenus satisfactoriam pro certa quadam Purgatorijs anima, ut vix. Rel. bi gratia Antonij, & Paulus tunc recens ordinatus, & cum Episcopo consecratus pro anima Francisci, & leg. Martinus pro anima Augustini, cuinam harum trium animalium re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur illius sacrificij valor satisfactorius; Non vni dumtaxat, quia non videtur ratio maior cur hinc, & non isti, vel illi applicentur. Non omnibus tribus, quia satisfactio est unica, & finita, non valet nisi vni applicari, & re ipsa proderet.

2. Respondeo primum, si recenter ordinati Sacerdotes iuxta rectam rationem operentur, satisfactorium illius sacrificij re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur ei soli animæ, pro qua Episcopus obulit: Quia recentes illi Sacerdotes ex norma recte rationis agentes quemadmodum cauere debent, ne prius perficiant verborum prolationem, quam Episcopus, vt non cum consecratione priuent, sed curare debent cum Episcopo simul perficeri, vt idem cum illo sacrificium efficient, eadem ratione debent non illud quatenus satisfactorium offere pro aliis animabus, sed pro illa tantum pro qua illud offert Episcopus, sic proflus, ut in offerenda satisfactione non aliam habeant intentionem, nisi quam habet Episcopus ita n. fiet, ut siue ipse Episc. solus consecret, ceteros anteuerentes, siue non ille consecret, alio, vel aliis peruenientibus sacrificij fructum, Episcopo relinquat integrum, vt debent tanquam & per se, & independenter ab ipsis Missam celebranti, & tanquam Parte spirituali, & recens de ipsis per ordinationem optimè merito, & qui certissime satisfactionem aliqui determinatæ sua intentione destinavit, quod recens ordinati in illo sacro facere non solent.

3. Respondeo deinde: si prædicti Sacerdotes valorem illius sacri satisfactorium, offent pro distinctis animabus ab illa pro qua obulit Episcopus, adhuc mihi probabilius videtur Episcopi voluntatem sive intentionem, & oblationem prævalit, pro futurumque satisfactorium valorem soli ei anima pro qua Episcopus obulisset, quia quantumvis alii quoque verissime consecrent, & tam Episcopus, quam ipsi consecrarent instrumentaliter, adhuc tam Episcopus cum ceteris consecranti videbatur esse principialis, alioquin accessorijs; quia Episcopus vbi tunc consecrat sine illorum confortio, posset consecrare non solum validè, verum etiam licite, reliqui vero vbi tunc consecrant, nec licite, nec validè consecrare possent, nisi dependenter ab Episcopo materiali præsentem habente, cum quo ceteri recenti ordinati constituant moraliter vnum. Igitur Missa illa principaliter est Missa Episcopi, accessorijs ceterorum, ac per consequens effectus illius sacrificij satisfactorius Episcopi intentionem sequi debet.

4. Respondeo tandem: si Episcopus te ipsa non consecraret, percurrentibus scilicet duobus, simulque & verè consecrabitibus, quorum unus valorem satisfactorium obulisset pro anima Petri, alteri pro anima Pauli, tunc valoris una pars obueniret anima Petri, & altera animæ Pauli. Quia illi duo Sacerdotes non se haberent, ut principialis, & accessorijs, sed efficit proflus æquales; proinde non esset, ut unus inter alios alterius intentioni prævaleret. Nec esset cur ambo frustrarentur; cum valor ille non esset indubitabilis, possitque in duas diuidi medieret, quarum altera animæ Petri, & altera animæ Pauli obtineret] Et hæc omnia docet Bern. vbi supra.